perigij eccentrici veneris inueniuntur iugiter & assidue sub eisdem locis signiferi: sub quibus puncta apogij & perigij eccentrici solis. Ut si punctum apogij solis sit sub primo cātri punto: apogium etiam veneris sub eodem cancri initio reperiatur / & tunc vtriusq; perigium sub initio capricorni collocabitur. Et ita de cæteris locis. ¶ Ex quo protinus colligitur/q; vbi primum inuentum fuerit apogium solis in secunda significazione: etiā compertum habetur idem veneris apogium. Nam tale vtriusq; apogium ab eodem inchoatur initio/scilicet principio arietis: & in eundem desinit terminum scilicet punctū apogij eccentrici/procedendo per idem spaciū. q; vtriusq; apogij punctū: per præcedentem propositionem sub eodem signiferi loco semper est situm. Quare si arcus signiferi a principio arietis usq; ad primū cancri punctū: fuerit apogium solis in secunda significazione: idem quoq; signiferi spaciū erit tale apogium veneris/& in secunda acceptione. ¶ Attamen id inter solem & venerem est discriminis. q; apogium solis semper sub ecliptica iacet: neq; ab eo aut in boream aut austrum deflegetur. quandoquidem sol in suo eccentrico deuianis: ab ecliptica nusq; subsultet. Apogium vero eccentrici veneris/itdem & perigium: non ita semper manet sub ecliptica. sed ab ea interdum declinat/ nunc in arctoam partem nunc in notiam iter inflectens: propter motum in latum orbis eccentrici deferentis epicyclum veneris / de quo prius factus est sermo. ¶ Rursum habet venus & hanc cum sole conspirationem atq; conuenientiam/ q; linea medijs motus veneris semper in ea signiferi parte terminatur : in qua & linea medijs motus solis. Ut si haec in vicesimo cancri gradu finitur: & illa eodem terminatur loco. At vero linea medijs motus veneris/eodem modo diffinienda est: quo & linea medijs motus saturni. Est enim linea recta a centro mundi ad signiferum traecta: qua lineæ rectæ a centro æquatis ad epicycli venerei centrum profectæ est æquidistans. Qz si quis causam huius quod nunc propontur sciscitur: ea in promptu est/ nam orbis eccentricus deferens epicyclū veneris suo motu in longum super æquantis centrum tantum quotidie conficit: quantū & sol suo medio motu. ¶ Quo fit ut cum primi inuentus fuerit medius motus solis: habeatur etiam compertus medius motus. Vterq; enim ab eodē inchoatur initio: per idem deducitur spaciū/& eodem clauditur termino: q; vtriusq; linea medijs motus eodem terminetur signiferi loco. Exempli gratia. si medius motus solis sit arcus signiferi a principio arietis secundum signorum successum ad vicesimum usq; gradum cancri supputatus: medius etiam motus veneris ab eodem principio per idem medium ad eundem protus finem deducitur et diffinitur. ¶ Insuper & id ex supradictis euadit manifestum: q; iugiter & assidue est media veneris & solis coniunctio. Nam lineæ medijs motuum vtriusq; sideris semper coniunguntur/& in eodem signiferi punto terminatur: vt iam dictum est. Per diffinitionem igitur: semper est eorum media coniunctio. Et in hoc differt sidus veneris a luna/saturno & marte: interdum habentibus medium oppositionem ad solem/ quam venus neutriū cum sole potest habere. In cælestis autem hic peculiariter non expressis: conformiter oia de venere vt saturno determinentur.

De stilbontis/mercurialiq; globo.


Cap.XVII.

Mercurij quinq; sunt particulares orbes & epicyclum. Supremus & insimus: deferentes æquantis apogij/ perigijq; puncta appellantur. Duo proxime illis adiacentes/inæqualis crassitudinis: deferentes puncta apogij & perigij eccentrici. Illorum medius/cuius est æqua crassitudo: orbis eccentricus mercuriale deferens epicyclum nominatur.

Supremus & insimus: homocentri secundum suas superficies extremas/ eccentrici autem secundum reliquas/ idem eccentricitatis suæ centrum habentes: tantum ab æquantis centro / quantū æquatis centrum a mudi centro/ distans: motu octauī globi feruntur. Axis & poli huius motus: octauæ sphæræ.

Orbes eccentrici fastigiorum puncta deferentes/ secundum extremas superficies: centrum deferentii æquantis fastigiorū pūcta habet. Secundū

Astro.



Theo.

reliquas mobile defē
rētis mercuriale epī
cyclum cētrum: circa
deferentium æquantis
absidas centrum/
cīrculum paruum de
scribens.

Et mouentur æquo/re
gulariq; tenore super
parui circuli centrum
cōtra signiferi succel
sum: tanto tempore/
quāto & solis medij
motus linea (partem
tamē in oppositam)
reuolutionem vnam
complentes.

Axīs huius motus/ per

parui cīrculi centrū traiectus: interdum a signiferi axe / & poli a polis
æquidistant/ & interdum varium distantiaæ discriminē fortūtū.

Ad horum orbium motum: centrum / mercuriale epicyclum deferentis:

paruum illum cīrculum regulariter describit.

Parui cīrculi semidiametruſ/tanta est: quanta cētri æquantis a mundi cē
tro distantia. Transit igitur parui circuli cīrcūferētia per æquātis cētrū:
estq; æquantis centrum inter parui cīrculi centrum/ & centrū mundi.

Apogium autem ipsum deferentis eccentrici: circulationē nō explet. sed cō
tinue sub signiferi arcu: a duabus lineis a mundi centro ad signiferum
porrectis/cīrculum paruum contingentibus appræhenso/ad centri de
ferentis motum ascendendo/descendendoq; voluitur.

Orbis/mercuriale deferentis epicyclum: duō sunt motus. Primus in lon
gum: quo super æquantis centrum/secundum signorum cōsequentiam
naturali quaq; dīe quantū solis medij motus linea/ regulariter incedit.

Huius motus axis/ per deferentis centrū emissus: secūdū se totū mobilis
est, cui⁹ poli: ad signiferi polos nūc accedit/ nūc vero eminus absistūt.

Secundus in latum: quo mercuriale epicycliū flectitur/deuiatq; in austru.

Mercurialis epicycliū itidem duo sunt motus. Primus in longum: quo in
superna quideim sui parte signorum seriē sequens/inferne autē in aduer
sum nitens: quadrimeſtrem ferme circunuolutionem vnam explet.

Secundo motu in latum:nunc inclinatur/ nunc reflectitur in boream:nūc
idem sustinet in austrum.

Līnea medij motus mercurij/a mundi centro ad signiferum extēta: līneæ
ab æquantis centro ad epicycliū centrū producta/parallelā est.

Minuta mercurij pportionalia remotiora:sūt excessus maximē mercuria
lis epicycliū cētri a mūdi cētro remotionis a mediocri/ i sexagita diuisus.

L

Minuta propīora : sunt
mundi centro remotione
Maxima mercurialis epī
cētis apogio.
Mediocriſ: dum ab eoder
ternis cū ſemifile. Minimi
Vtraq; diametri diuersitate.

De globis

Mercurius in hui cap
interpretat fulgens &
admiratur mercurius
lectur autem illud
semiphōon/ontis/ & nonnull
arci/ quinq; contineat particula
rum duo extremi supremus &
dētentis puncta falligitorum
nus a summis ad ima tenden
tūtus: dēferens perigum &
leandus felicet & quartus/ in
tates puncta falligitorū ecen
apogium eccentrici mercurialis.
in perigum. Tertius autem or
medio/duos ſupra ſe habens &
tertius trāſludinem & dicitur
orbū ſenſibilis deſcriptio/ex
bit. Duo extremi orbes pa
mōcētū mundo ſecundū ſuas
cauam infimā. Nam ſecundū ſu
ſuo ambitu totum orbem mer
centus eſt. Secundū reliquas
pēcam infimā: duo p̄dicti pa
trum a centro mundi. idem tan
per quod ambo ſecundū iam
cūlū de quo paulo p̄st futurus
noꝝ quātis cui ſuperemunet: q
līquis centri ſubſidente. Et mou
tus item & poli huius motus
Orbes autem duo particularē
cūndus videlicet & quartus: ſe
concauū quarti: habent idem
figitorū quātis ſecundū ſu
tremorū illorū orbū/ Prī
mū illū ſirculi: in meditullio
cētis inueniunt ſecundū ſu
orbis & conuexum quātū. Necel
tes egentī ſunt. At i dem du
dam reliquias ſuas ſuperficies/ co
mobile centrum orbis tertij pa
centrum eccentrici/ tribus reliqui
deſerentium absidas æquantis de
ambitu. Ex quo etiam nūc plan
deſerentem epicyclum mercuriū
te illud idē eccentrici centrum que

- 229 Mīnuta propīora: sunt excessus mediocrīs eiusdem epīcyclī centri a
mūndi centro remotionis a minima/itidē in sexaginta diuisus.
- 230 Maxima mercurialis epīcyclī centri a mūndi centro remotione: est in equā
tis apogio.
- 231 Mediocris: dum ab eodem distat fastigio/sextāte cīrculi & partībus qua-
ternis cū semisse. Mīnima vero: dum a fastigio cīrculi triente distiterit.
- 232 Vtraq̄ diametri diuersitas: facile intelligitur.

De globo mercurij.

Cap. XVII.

Mercurius in huius capitis titulo litterē affixo $\Sigma\lambda\beta\omega\gamma$ stilbon nūcupatur: quod
interpretat fulgens & resplendens, quoniam nunq̄ splendori & fulgori solis
adimitur mercurius ob viciniam & p̄pinq̄itatem assiduam eius ad solem. In
lectitur autem illud nomē: tercia latinorum declinatione / stilbon/oritis, sicut
demophoon/ontis/ & nonnulla alia cōsimilis generis nomina. Porro totus orbis mer-
curij/quinq̄ continet particulares orbes: & epicyclum/tertio horum orbi infixū. Quo-
rum duo extremit̄ supremus & infimus: inqualis in suis partibus crassitudinis/dicuntur
deferentes puncta fastigiorum cīrculi æquantis mercurij. Supremus quidem/qui & pri-
mus/a summis ad ima tendendo; deferens æquantis apogium. Infimus autem/ qui &
quintus: deferens perigum æquantis. Duo reliqui proxime illis extremis adiacentes/
secundus scilicet & quartus/inæqualis etiam in suis partibus crassitudinis: dicuntur dese-
rentes puncta fastigiorū eccentrici. Secundus quidē/ qui supremo proximus est: deferens
apogium eccentrici mercurialis. quartus vero / qui infimo immediatus est: deferens eccē-
tri perigium. Tertius autem orbis/& qui in quatuor iam assignatorum orbiū collocatur
medio/duos supra se habens & duos infraiacentes: æquam habet in omnibus suis par-
tibus crassitudinem/ & dicitur orbis eccentricus deferens epicyclum mercurij. At horum
orbium sensibilis descriptio/ex sequentibus pender propositionibus: & suo loco exhibe-
bitur. **D**uo extremit̄ orbes particulares mercurij/tupremus scilicet & ifimus: sunt ho-
mocētri mundo secundum suas extremas superficies/vtpote conuexam supremi & con-
cauam infimi. Nam secundum illas describuntur super centrū mundi: cōpræhenduntq; suu ambitu totum orbem mercurij / qui (vt aliorum siderum orbes toti) mundo homo-
centrus est. Secundum reliquias autem suas superficies/vtpote cōcavam supremi & cō-
uexam infimi: duo prædicti particulares orbes sunt eccentrici mundo/ aliudq; habent cen-
trum a centro mundi, idem tamen inter se sortiti sunt suā eccentricitatis centrum / su-
per quod ambo secundum iam dictas superficies describuntur: vtpote centrū parui cir-
culi/de quo paulo post futurus est sermo. Illud autem centrum / tantum dicitur a cen-
tro æquantis cui supereminet: quantum centrum æquantis a centro mundi/duobus re-
liquis centris subsidente. Et mouentur duo supradicti orbes: ad motum octauæ sphæræ.
Axis item & poli huius motus: sunt axis & poli octauæ sphæræ/ illisq; communes.
COrbes autem duo particulares deferentes puncta fastigiorum eccentrici mercurialis/ se-
cundus videlicet & quartus: secundum extremas superficies suas conuexum secundi &
concauum quarti/habent idem centrum cum orbibus extremis deferentibus puncta fa-
stigiorum æquatis/secundum quod dicti sunt esse eccentrici: & super quod describitur ex-
tremorum illorum orbium/primi quidem concavum/ & quinti conuexum, vtpote cētrū
parui illius cīrculi: in meditullio constituti. Et ratio in promptu est, nam proxime adia-
cēt sibi inuicem conuexum secundi orbis & concavum primi; similiter cōcavum quarti
orbis & conuexum quinti. Necesse est igitur illis idem esse centrum: secundum quod/ om-
nes eccentrici sunt. At ijdē duo assignati particulares orbes secundus & quartus/ secun-
dum reliquias suas superficies/concavum scilicet secundi & conuexum quarti: habent
mobile centrum orbis tertij; particularis / & deferentis mercuriale epicyclum, vtpote
centrum eccentrici/tribus reliquis centris eminentius: quod quidē circa centrum orbium
deferentium absidas æquatis describit paruum cīrculum/in cuius semp circungyratur
ambitus. Ex quo etiam nunc planum euadit: ipsū tertium orbem/eccentrum inquam
deferentem epicyclum mercurij / secundum utramq; suā superficiem etiam obtine-
re illud idē eccentrici centrum quod paruum describit cīrculum: pro suo proprio centro,

F.ij.

Deffētēs epīcylīm descripta
Epīcylī eccentrici sūtūm strīq
Superficie on.

Quāre mercurius
stilbontis non
obtineat

Deffētēs aīgē
æquālis

Duo deffētēs aīgē
eccentrici.

Deffētēs epīcylī.

Duo eccentrici
orbes. Sunt vocētēs
mūndo. Sūtūm 2. tāma
et in heīma sūtūm sūtūm.

Cētrū parui cīrculū.


Deffētēs aīgē
eccentrici sūtūm sūpēr
hīcā epīcylī
et sūtūm sūtūm
vīcētēs. Epīcylī
et sētēo partē cīrculū
Sūtūm vīcētēs et
sētēo eccentrici.

Astro.

Theo.

Nempe is orbis secundum conuexum proxime adiacet concavo secundi orbis: & secundum concavum/conuexo quarti. Idem igitur & commune cum illis habet centrum / & omnifariam eccentricus esse dinoſcitur: & tamen ſuper vnum & idem centrum ſecundum utramq; ſuperficiem deſcriptus / & idcirco æquām vbiq; ſuarum partium habeat crassitu- dinēm. quod nullis certe aliorum quatuor orbium contingit: q; cuiusq; eorum con- cauitum ſuper aliud deſcritur centrū q; conuexum / & idcirco diſformis crassitudinis pat- tes habere coim periuuntur.

Exempli gratia: intelligatur a elle centrum mundi.
b centrum circuli æquantis.
c centrum parui circuli in
medio deſcripti: quod &
centrum deferentium abſi-
das æquantis. d vero cen-
trum eccentrici: ceteris ſub-
limius & altius. Totū ſe-
lidum e k ex quinq; parti-
cularibus orbibus aggre-
garū: eſt totus orbis mer-
curij / mundo homocen-
trus & deſcriptus ſuper ce-
trum a. Extremi autē (vt
pote ſupremus & imus)
particulares orbes: e f & i
k albo signati ſpacio: ſunt
deferentes abſidas æquan-
tis. & ſecundum extremas
ſuas ſuperficies conuexū
ſupremi e / & concavū imi-
k: mundo fuit homocen-




tti & deſcripti ſuper centrum mundi a. ſecundum reliquias vero ſuperficies conuauam ſupremi f & conuexā infimi i: fuit eccentrici / & deſcripti ſuper centrum c. At duo illis pro- ximi orbes ſecundus & quartus / ambo signati atro ſpacio ſcilicet f g & h i: dicuntur de- ferentes fastigia eccentrici. aq; ſecundum extremas ſuas ſuperficies conuexam ſecundi f / & conuauam quarti: deſcribuntur ſuper centrum c/ qd parui circuli eſt media nota. ſe- cundum reliquias vero ſuas ſuperficies / concauam ſecundi g / & conuexam quarti h: deſcribuntur ſuper centrum eccentrici d. Demum tertius orbis particularis g h: eſt eccentricus deſerens epicycliū mercurij: & ſecundum utramq; ſuperficiem deſcritur ſuper centrum eccentrici d. Vnde ex hac deſcriptione ſtatim periuia ſunt & dilacida: quæ in trib⁹ primis huius cap. propositionibus ſunt iam proposita / & quænam illorum trium centrorum a b c fit adiuuacem habitudo / propinquitat̄ ratio. Nam c parui circuli centrum / tan- tum a punto b centro æquantis diſtare comperitur: quantum b diſtat ab a centro mun- di. Sed & ſequentia ex his ſient etiam patentiora. Duo particulares orbes deſerentes
puncta fastigiorum eccentrici ſecundus in quaum fg / & quartus hi: mouentur regulariter
ſuper parui circuli in medio deſcripti centrum c / contra signiferi ſuccellum / ab oriente ſci- lice in occidente & in partem dextram. & tanto quidem tempore compleuerit vnam re- nōnō h̄c cogitari. olutionem: quanto linea medijs motus ſolis ſuam abſoluit circumgyrationem. Attamē linea medijs motus ſolis: ſecundum ſignorum ſuccellum & ab occidente fertur in orum. Si pro rōta p̄vij ſignorum ſuccellum / Orbes vero dari: ſuper centrum parui circuli ſuam faciunt reuolutionem in partem op- toho ſignorum ſuccellum / positam. Axis huius motus orbium deferentium puncta fastigiorum eccentrici / per c centrum parui circuli transmissus: interdu ab axe signiferi æquidistant / ſimiliter & poli a ni ſalo ſimiliter / ſignorum ſuccellum / positam. interdu vero non: ſed variam habet diſtantiae habitudinem. Cuius cauſa eſt: di- uersa axis illius & polorum inclinatio. quoniam per huiusmodi motum qui annuo con- ſicitur curviculo: nunc orbis eccentricus mercurij accedit ad signiferum / nūc vero diſcedit ab illo. quo circa varium habet axis ille ſitum ad signiferum: variq; diſtantiae ratione.

217

218


Quoniam at is er
poli / deſerentes
ante / eccentrici / vni
ut / signiferi / vni
ſecundum / ſuccellum
ab ſeo / in poli
ut / signiferi / diſtans.

L
33 Uniper ad horum duorum
orbis deferentis mercuriale ep-
ſcribit paruum illum circulum
centrum eſt orbitæ eccentrici deſer-
enti orbis particularis / deſcribit p
tempore in illius parui circuli
bit eccentricitatem. Vt enim ſequi-
deſerentes ſclicer punctum d
ignorū ſuccellum ad partē occi-
ſionis deinde paulatim deſcen-
dunt / ſumma conſtituum. Ab illo ve-
rō mouetur in partē exortiā ad
elevetur in diſtillatum eiusdem
inchoauerat gyrationē. Cartet
neſt / quæna eſt centri / æquanti-
proportione / tantum diſtans cen-
tri / æquatis a centro mundi. A
ſemidiameſter pui circuli, eſt eni-
m illi pui circuli ſemidiameſte-
ria. Quinimo ſuppoſita hic hy-



mundi centro ad ſigniferum po-
nti / intelligatur mediocris hic circu-
lum eccentrici / vt eſt punctum a
tum circuli eccentrici ambie-
ti / circuli in medio inclusi / apogeo
genuit / k: concluso a duab⁹ lu-
tēs & parui illum circulum c
do. Neq; vng apogium illud e
llas pretergreditur, ſed nunc a
elmeto a punto k ascendit ad p
landa ad punctum h: & interdu-
cione evenit: quoniam linea ap-
ogei / quod ſem per eſt in circunfe-
ſione eccentrici / circumferentiam. S
eccentrici ambitus protendit po-
tentia a centro mundi eſte diſtan-
tiam elſieri non potest: niſi linea
a centro mundi / continget eſq; parui
signiferis / partē circumferentie pa-
lindromicē eccentrici ducatur lin-
eare q; intra duas illas lineas te-
mperat vno ad eius circumferentia

219 **I**nsuper ad horum duorum orbium deferentium fastigia eccentrici motum: centrum orbis deferentis mercuriale epicyclum (qui ordine est tertius: & signatus litteris g h) describit paruum illum circulum in medio constitutum regulariter. Eniuero punctus d/ centrum est orbis eccentrici deferentis epicyclum mercurij: & ad motum secundi ac quarti orbis particularis describit paruum illum circulum circa centrum c, totoq; revolutionis tempore in illius parui circuli circumferentia collocatur: in sua gyratione illius describit circumferentiā. Ut enim sequentes diffusius ostendent propositiones: centrum eccentrici deferentis scilicet punctum d/ primum mouetur a fastigio parui illius circuli contra signorum successum ad partē occiduā: vsq; ad punctū i/ in latere ipsius occidetali signatū. a quo deinde paulatim descendit ad signū atq; notam b: in ima parui circuli parte atq; infima constitutum. Ab illo vero puncto discedens predictū eccentrici deferentis centrum d/ mouetur in partē exortiā ad punctū g in latere parui circuli signatū. a quo demū subuehitur in editissimū eiusdem parui circuli culmen: regrediturq; in id punctū / a quo suā inchoauerat gyrationē. **C**parui autē illius circuli in medio cōstituti semidiametruſ/ rāta est: quanta est centri aequantis a mundi centro distantia. Nam ex supradictis in 215 propositione/tantum distat centrum parui illius circuli a centro aequantis: quantum centrum aequantis a centro mundi. Atqui distantia centri parui circuli a centro aequantis: est semidiameter pui circuli. est enī linea recta: a cōtro ad circuli circumferentiā directa. igit̄ tāta est illi⁹ pui circuli semidiameter cb: quanta est cētri aequantis b ab ipso mudi cōtro a distā tia. Q uinimo supposita hic hypothesi quatuor cētrorū paulo ante assignata: compertū habetur ipsius parui circuli circumferentiam transire per punctū b cētrū aequantis / quod semp in illius circuli ambitu est constitutum. & centrum aequantis b / esse mediū situ inter parui circuli cētrum c/ quod superius eminet: & inter centrum mundi a quod inferius subsidet. immo centrum aequantis b / vtriq; datorum punctorum c & a est aequidistās: vt ex propositionis huius parte priore protinus colligitur. **A**pogium vero eccentrici mercurij non explet circulationem per totum circuli eccentrici circuitum more apogiorū ceterorum siderum. sed ad motum centri deferentis per circuitum parui circuli/ nunc ascendo nunc vero descendendo: voluitur continue sub arcu signiferi apprehenso atq; inclusō a duabus lineis rectis / a mundi centro ad signiferum porrectis/ & paruum circulum vtrīq; contingentibus. Vt intelligatur mediocris hic circulus esse mercurij eccentricus: & linea e f esse linea fastigiorum eccentrici/ vt e sit punctum apogij eius. Datum illud punctum nequaq; circunuoluitur totum circuli eccentrici ambitum: sed ad motum centri eccentrici d per circuitum parui circuli in medio inclusi/apogium e voluitur in circumferentia sui eccentrici sub arcu signiferi h l k: concluso a duab⁹ lineis rectis a g h/ & a i k/ a centro mudi ad signiferū porrectis & paruum illum circulum contingentibus: vna quidē in punto g/ & altera in punto i. Neq; vnq; apogium illud e egreditur arcum illum signiferi assignatū: neq; lineas illas prætergreditur, sed nunc a punto l signiferi descendit ad punctum k: nunc vero ediuerso a punto k ascendit ad pūctum l. Interdum vero ex altera parte a punto l descendit ad punctum h: & interdum a punto h rursus ascendit ad l. Neq; id quidem sine ratione evenit: quantiam linea apogij debet protrahiri a centro mundi per centrum eccentrici d (quod semper est in circumferentia parui circuli: & illuc circungyratur) vsq; ad circuli eccentrici circumferentiam. & eadem debet esse linea: quae a centro mundi ad eccentrici ambitum protendi possit longissima: & punctus eius terminalis: in circuitu eccentrici a centro mundi esse distantissimus / per diffinitionem apogij. Id autem quod datum est/fieri non potest: nisi linea apogij cadat inter duas illas lineas datas/egrediuntur a centro mudi / cōtingētesq; paruum circulū altrinsecus/ & ad signiferū vsq; porrectas. Nā in quaq; parte circumferentie parui circuli constitutur cētrū eccentrici d: si a cōtro mudi p illud cētrū eccentrici ducatur linea recta vsq; ad circumferentiā circuli eccentrici/ ad aliam partē q; intra duas illas lineas terminata: illa nō erit longissima q; a cōtro mudi p cētrū eccentrici vsq; ad eius circumferentiā possit protrahi. & ita pūctus eius terminalis in abitu ec-



220 **F**ig. 11. **P**atio quārā brī
angis eccentrici p̄p̄p̄
m̄di m̄l̄os d̄l̄os
ll̄os l̄ines r̄ȳs
d̄l̄os n̄ r̄t̄os
m̄n̄d̄y s̄p̄t̄h̄ḡ
20 p̄s̄r̄iū l̄s̄l̄iū
25.

parvū l̄s̄l̄iū

*cētrū eccentrici mōd̄i
ad mōt̄i d̄f̄f̄t̄i
atq; eccentrici cētrū
ordīnū signorū et
describi n̄m̄f̄r̄t̄h̄
p̄m̄iū l̄s̄l̄iū*

*Semidiametruſ
p̄s̄r̄iū l̄s̄l̄iū signorū
est diſt̄r̄os signorū
et t̄s̄t̄ signorū a
et t̄o mundi. 20.*

Astro.

Theo.

centri non erit apogium / neq; ea linea erit linea apogij. Semp enim illa linea erit qibus
uis alijs protensior atq; pducitor ; qua a cetro mundi per centrum eccentrici ad circunferentia
eius iter duas illas lineas parum circulu contingentes duceat. & illius linea pugn termi
nalis erit a mudi centro remotissimus / atq; apogium eccentrici. Verum hoc melius ex sequenti
b agnosceri. Porro orbis particularis tercio cohabit loco / & deferentis epicyclum mercati
vputa g h: duo sunt motus diuersi. Primum in longum & secundum signiferi longitudinem,
quo superaequantis centrum b secundum signorum successum singulo quoq; die tam
regulariter absolvit spaci / quartum linea medijs motus solis : scilicet 59 minuta/octo se
cunda & 19 tercia/quemadmodum & sol medio suo motu. Huius autem motus axis 222
per centrum eccentrici deferentis transmissus: secundum se totum mobilis est / sicut & cen
trum eccentrici. Nam sicut hoc per motum suum in circumferentia parum circuli nunc ac
cedit ad centrum mundi / nunc vero ab eo discedit: ita & poli eius axis aliquando acces
dunt ad polos signiferi / vt cu sunt sub ecliptica. aliquando vero ab eis procul distant: vt
cum deuergunt illi poli & declinant ab ecliptica. Et haec diuersitas: potissimum a cen
tro mobili eccentrici pender. Secundus orbis eccentrici deferentis epicyclum mercutij 224
motus / est in latum atq; secundum latitudinem signiferi : quo epicyclum mercutij de
fleatur & deviat ab ecliptica in austro. De quo quidem motu in secundo libro fiet exactior
discussio: cum de sideri latitudine/inclinationeque & deflexione habebitur proprius set
mo. Epicyclum etiam mercurij duobus defertur proprijs motibus. Primo in longum 225
atq; secundum ambitus sui longitudinem atq; circuitum, quo quidem motu / in superiori
fe sue circumferentiae parte secundum signorum successum : in inferiore autem contra
illorum seriem latum / in quatuor mensium intercallo vnam circumvolutionem integrâ
perficit. Secundus vero epicycli motus est in latum : atq; secundum signiferi latitu
dinem, quo ipsum nunc inclinationem habet / nunc reflexionem in partem borealem ci
tra eclipticam: aliquando vero & inclinatur & reflectitur in partem meridianalem. Ve
rum is motus : eo in loco qui siderum latitudinem explicat amplius est declarandus.
Linea medijs motus mercurij: a mundi centro ad signiferum extenditur / & alteri linea 227
porrecta a centro aequantis ad epicycli centrū aequidistantis est atq; parallela / aut illi ea
dē. Aequidistantis quidē: cu ceterū epicycli extra apogium aut perigium eccentrici fuerit. Ea
dem vero arq; coniuncta: cum epicyclum in puncto apogij aut perigij consisterit. Ex
plum huius facile sumitur ex ijs: qua consumiliter de alijs sideribus sunt dicta. Minu 228

M: proprie: remotione

n: pro: propria.

medioris compositio

Minima compositio

proportionalia mercurij remotiora: dicuntur excessus maximæ remotionis centri epi
cycli ipsius mercurij a centro mundi / supra mediocrem eiusdem remotionem / in sexaginta
partes aequas diuisus. Enim uero si linea maximæ remotionis centri epicycli mer
curialis / comparetur ad lineam mediocris remotionis eiusdem: inuenitur eam aliqua par
te excedere. Quod si ea particula qua excedit longior breuorem / sexagenaria partitione
diuidatur: singula illæ pars sunt huiusmodi minuta. Minuta vero proportionalia mer
curij propinquiora: dicuntur excessus mediocris remotionis centri epicycli mercurialis
a centro mundi / supra minimam eiusdem remotionem: etiam in sexaginta partes aequas
diuisus. Nēpe si excessus lineæ mediocris remotionis mercurij supra lineam minimæ remo
tionis eiusdem / i 60 punctas aequales diuidatur: singula earum particularum sunt huiusmodi
minuta propiora. Maxima quidem remotione centri epicycli mercurialis a centro mudi 230
di siue terre / tunc esse dicitur: quando centrum epicycli est in summo fastigio / punctoq;
apogij circuiti aequantis. Tunc enim maxime distat centrum epicycli mercurij a centro
mundi: neq; vlo in alio loco amplius ab eo potest remoueri atq; longius distare. & ex
quans circuitus ab ipso centro deferente parum euaniet: & unus alteri sit aequalis / p diffi
cutionem. Mediocris autem remotione ceteri epicycli a centro mundi / tum esse dicitur:
cum centrum epicycli mercurij distat a puncto apogij aequantis duobus signis (qua
sextans sunt / & sexta pars totius circuiti continentis duodecim signa. est enim binarius:
sexta pars duodenarius) insuper & quatuor gradibus cum dimidio: scilicet triginta minu
tis. Ita siquidem potius legendum est in littera: & partibus quaternis cum semisse / q; &
partibus sesquiwartis / vt habent nonnulli libri medosi. Sesquiwartum enim id dicitur:
quod continet totum minus & quartam minoris partem / vt quintarius ad quaternarius. que si
gnificatio huic loco minus cogruit. Nempe quatuor gradus cu 30 minutis: non habet
ad aliquid qd hoc loco pponit / proportionem sesquiwartam. Minima vero remotione ceteri epi
cycli a cetro mudi: est an ceterum mercurialis epicycli distat ab apogio aequatis quatuor

- ²³² signis integris: quae sunt triens: siue tertia pars totius circuli. Tunc diuersitas diametri in mercurio inuenitur duplex: remotior & propinquior. Remotior est excessus aequationum argumentorum mercurij cum est in media longitudine: supra aequationes correlatiuas quando est in apogio eccentrici. Sunt enim in media longitudine aequationes maiores q̄ in puncto apogii: & ideo excessus illarū super has hic dicitur diuersitas diametri mercurialis remotior. Propior vero diuersitas diametri diffinitur esse excessus aequationum argumentorum cum centrum epicycli est in perigio eccentrici: supra suas correspondentes mercurio conuenientes cum centrum epicycli eius est in media longitudine aut inter eam & punctum perigii eccentrici. sunt enim illae aequationes: his maiores quemadmodum in alijs sideribus sepius est dictum. Et idcirco excessus illatum super has dicitur hic diuersitas diametri mercurialis propinquior.
- ²³³ Orbis mercurialis. deferens fastigiorum aequantis/puncta. deferens puncta fastigiorum eccentrici. deferens mercurialis sideris epicyclium. mercurialis circulus eccentricus. circulus aequans. circulus epicyclus. apogium mercurialis aequantis. perigium aequantis. apogium eccentrici. perigium eccentrici. mercurij longitudine remotior. longitudine propior. longitudo media. medium mercurialis epicycli apogium. verum epicycli apogium. mercuriale epicyclum. medius mercurij motus. verus mercurij motus. axes. poli. centrum mercurij medium. centrum verum. argumentum in epicyclo medium. argumentum verum. aequatio mercurialis centrī in epicyclo. aequatio in signifero. aequatio argumenti. minuta mercurij proportionalia. remotiora. propiora. diuersitas diametri. remotior. propior. mercurialis draco. caput. cauda.
- ²³⁴ Mercurialis epicycli centrum: bis annue deferentes circuli eccentrici summum in unum q̄ fastigiorum puncta conficit.
- ²³⁵ Quoties mercurialis epicycli centrum in summo deferentis fastigio apogioq̄ collocatur/a mundi centro quātum potest remotissimū: subiectū consimile despicit aequantis apogium/& epicyclum in summo aequantis fastigio esse dicitur.
- ²³⁶ Centro mercurialis epicycli hunc in modum constituto: deferentis centrū a mundi centro q̄ aequantis centrum triplo distat/ & a centro aequantis: duplo/ estq̄ in summo parui circuli fastigio.
- ²³⁷ A summo parui circuli loco centrum deferentis pariter & deferentis apogij punctus: occidentem versus emoueri incipiunt/ ad deferentium puncta fastigiorum eccentrici motum: quoad ab eo loco/triente circunferētia parui circuli distiterint. appropinquabitq̄ sensim deferētis centrū: mundi centro. & interim epicycli centrum ad orientem emotum: ab summo sui aequantis fastigio pariter triente distabit.
- ²³⁸ Deferentis centrum hunc in modum distans: est in contactu linea/ a mundi centro paruum circulum contingendo ad deferentis circunferētiam emissæ. cuius extremitas: tunc apogij deferentis situm cōmonstrat. estq̄ tum deferentis apogium: ab aequantis apogio ad occiduas partes/ quātum auocari potest semotissimum. & in hoc quoq̄ situ/ mercurialis epicycli centrum: quantum potest mundi centro q̄ proximum.
- ²³⁹ Ab huiusmodi contactus punto: deferentis centrum sextante circunferētia

Diversitas
diametri duplex

Ceterū epicycli
mundi propon
ḡ sim

Astro.

Theo.

rentiae parui círculi mouebitur ad æquatís centrum, & tunc deferétiſ & æquantis centrum: vnum ſunt / & círculus deferens & æquans (cum ſint æquales) vnuſ.




Quo tempore deferentis centrum ab ipſo contactu ad æquantis centruſ 240 mouet: ſummuſ deferentis fastigium ad æquantis conſimile fastigiuſ relabitur. & epicycliſ centrum pariter ſui círculi ſextantem deſcribens: ad æquantis peruenit perigium.


Rurſum deferentis centrum ab equatís centro ad orientis contactu ſex- 241 tante dimouetur / & epicycliſ centrum ab æquantis perigio ſextante ad occidentem: vbi iterum fit centro mundi quoad potest q̄proximum. apogium autem deferentis in líneæ contactus extremitate: quātum etiā potest ex orientis parte / ab æquantis apogio diſcedens.

A contactu exortuo deferentis centrum triente circunferentiaſ parui círculi decurſo: ad ſummū eius euadit fastigium. & tunc rurſus mercuria- 242 lis epicycliſ centrum & deferentis ſummuſ fastigium: ſimul in primo ſummi æquantis fastigij ſitu reſtituuntur. Ex hiſ: quae ſequuntur facile cognoscimur.

¶ Proponutur deinde hoc loco & numero ſingillatim omnia: quae ad notionem orbiū mercurij atq; motuum eorumdem ſunt neceſſaria atq; conducibiliā. quorum omniū diſ- 233 finitiones propriae ex generalibus diſſinitionibus circa huius libri principiū poſitiſ ſunt exquirendae: & exempla ſecondum materiam ſubiectam aſſignanda. quēadmodum in alijs ſideribus prius determinatiſ faciliatatuſ eſt. Exempli gratia. tot⁹ orbis mercurialis eſt: qui tum ad ipſius mercurij tum appendicuſ eius motum requiriſtur ac ſatis eſt. vt datus orbis e k. Orbis deferens puncta fastigiorum æquantis: eſt orbis particulařis ad cuius motum / puncta apogij & perigij æquantis deferuntur. vt duo orbes priuſ descripti e f / & i k. Orbis deferens pūcta fastigiorum eccentrici mercurialiſ: eſt orbis mercurij / particulařis / ad cuius motum / apogium aut perigium eccentrici defertur. vt datus orbis f g / ſimiliter & orbis h i. Orbis deferens epicycluſ mercurij eſt particulařis orbis: ad cuius motum / ipſum ſiduſ mercurij in epicyclo defertur. vt aſſignatus ſuperius orbis g h. Et ita cetera ordine certo noninatim hic expreſſa: ex ſuis locis particulařiſ diſſinantur & exempliſ declarentur. ¶ Centrum epicycliſ ipſius mercurij: bis quotāniſ totogj vniuſ anni curriculo percurrit duos orbes ſecundum & quartum / deferentes puncta fastigioruſ círculi eccentrici / ſummuſ ſclicet & imum punctuſ. Nempe orbes illi duo / deferentes abſidas eccentrici: vnam faciunt reuolutionē completařem integro totius anni ſpacio per vnam partem circulationis / ab oriente ſclicet in occidentē contra ſignorum ſuccellum ex numero 217. Orbis item eccentrici mercurij deferens epicycluſ: ſimul facit vnam integrām reuolutionem eodem totius anni interuallo / per alteram partem circulationis ſecundum ſignorum ſeriem & ab occidente in orientem: ex numero 222. quem quidem motu etiam ſequitur centrum epicycliſ illi orbi infixi: vt omnibus eſt planum. Ergo

centrum epicycliſ mercurij: ſingulo quoq; anno bis conficit orbes deferentes puncta fastigiorum eccentrici. ſemel ſclicet proprio ſuo motu: & rurſum ſemel (licet ſimul) mo- tu in oppofitum illorum orbium deferentium. Perinde atq; ſiquis progrederetur circulari- ter in oppofitum rotæ que circūgyratur ad certam vnam partē: cum perueniret ad pun- ctum (traſacto per ambulationem circularem toto circungyrationis rotæ ſpacio) a quo inchoauit ſuum motum: bis ille peragrasſet rotam. ſemel quidem proprio ſuo motu: & ſemel motu ipſius rotæ in partem aduersam coṭranitentis. ¶ Quando centruſ epicycliſ mercurij collocaſtur in pūcto apogij eccentrici deferentis: tuc a mūdi cētro q̄maxime diſtat / & ſub ſe habet etiam apogium æquantis ſignatū in circunferentia círculi æquantis ſub- iacens proxime círculo eccentrico deferentis. & tunc etiam epicycluſ dicitur eſſe in apo- gio círculi æquantis. quod quidem apogium eodē ſemper loco defixū intelligitur / & nō emigrare modo in hanc modo illam æquantis partem: ſicut apogiuſ eccentrici demurat.






135 in summo parui circuli fastigio quoniam per ipsum debet transire linea apogij sursum directe protrahenda. Idem quoq; deferentis centrum d tunc triplo magis distat a centro mundi a: q; centrum aequantis b ab eodem mudi centro. quandoquidem centrum aequatis semper est centro mudi proximum: & inter illa duo nullum aliud datorum quatuor centrorum iacet medium. At in eo qui dictus est loco constitutum d centrum deferentis: duo habet centra / equam ad se & ad alia proxima distantiam seruantia / inter seipsum & centrum mundi iacentia: utputa centrum parui circuli c & centrum aequantis b. Igitur d centrum deferentis triplo amplius distat a centro mundi: q; ceterum aequantis a mudi centro. Rursum idem centrum deferentis d / collocatum in summo fastigio parui circuli d b: duplo magis distat a centro aequantis b / q; centrum aequantis distet a centro mundi. Nam inter centrum eccentrici d & centrum aequantis b / interiacet centrum parui circuli c: extremo vtriq; equidistans, & est distantia illorum duorum centrorum d b: secundum totam diametrum parui circuli. Inter centrum autem aequatis b & centrum mudi a / nullum aliud centrum incidit; vt supradictum est. & est eius distantia a centro mundi solum secundum parui circuli semidiametrum: vt ex numero 220 iam cognitum est. Igitur in eo situ centrum deferentis du-

137 plo magis distat a centro aequantis: q; centrum aequantis distet a centro mundi. quod est totum huius loci propositum. ¶ A supremo autem parui circuli loco: centrum deferentis d / versus occidentem paulatim mouetur in parui circuli circumferentia. & simul punctus apogij deferentis e: in circulo eccento mouetur ad occidentem. Et vtrunq; quidē: ad motum orbium deferentium puncta fastigiorū eccentrici. Mouetur autem illa duo pūcta occidentem versus / hoc modo continue: donec ab eo loco in quo hunc suum motum inchoarunt / distiterint tertia parte circumferentiae parui circuli / complectente quatuor signa. & ita paulatim appropinquabit centrum deferentis in ambitu parui circuli: ipsi centro mundi. Interea vero & simul centrum epicycli ad orientem consimili velocitate mouetur in orbe eccentrico deferente epicycli: donec etiam a puncto apogij sui aequantis distiterit tertia parte circuli utpote quatuor signis / sed ex altera parte ut sinistra. ¶ At vero centrum eccentrici deferentis hoc modo distans a centro mundi vt nūc dictum est: co-

138 sistit in contactu lineæ emissæ a centro mundi usq; ad deferentis circumferentiam / & contingens paruum circulum in puncto i. Et illius rectæ lineæ a i k extremitas siue extremus punctus k: tunc demonstrat situm apogij deferentis / quia ipsum est cum illius lineæ finali terminaliq; puncto: neq; vñq; progredi yltra illam lineam potest. Tunc itidem apogium deferentis e: est ab apogio aequantis l (quod semper intelligitur immobiliter consistere supra lineam a b c d directe: quandoquidem orbes deferentes puncta fastigiorum aequantis / intelligendi sunt hic vt immoti & stantes) versus occidua partem remotissimum: cum ad eam plagam nō possit ab eo magis auocari. Deniq; ceterum epicycli in suo orbe deferente secundum hunc situm consistens / utpote in

*Quātrī om̄i m̄ovēntū
defferētis aīgōm
eccēntri vñtra
ord: signis: tantū
rētū epicy: sc̄im
o edm̄i p̄s̄vēdi*



Astro.

Theo.

*Centrum epicycli
terre & in se*

puncto circuitus eccentrici terminante lineam protractam a puncto contactus i: per centrum aequantis b vsq: ad circumferentiam eccentrici videlicet in puncto m: linea: i b m: est centro mundi a proximum, q: tunc brevissima sit linea: quae protracta possit a centro m: di ad centrum epicycli. Deinde ab huiusmodi pucto contactus linea recte ad occiduam partem cum parui circuli circumferentia scilicet puncto i: centrum deferentis d mouetur per sextam partem circumferentiae parui circuli duos signa: vsq: ad centrum aequantis b: in imo ambitus parui circuli situ, & tunc circuli eccentrici deferentis & circuli aequatis centrum: sunt vnum & idem in loco puncti b constitutum. Et quoniam duo illi circuli sunt aequales per diffinitionem circuli aequantis: ipsi tunc sunt vnius & idem circulus, cum idem prorius habeant centrum & eandem omnino circumferentiam: & idcirco secundum totam etiam planiciem superficiem planam coincident. Eo autem tempore quo centrum deferentis d: ab ipso puncto contactus i: ad centrum aequantis b mouetur vt dictum iam est: apogium eccentrici deferentis e: regreditur ad punctum apogij aequatis l: percurrentes arcum eccentrici k: l: quoniam non potest apogium eccentrici transire p: atque k: & ideo necesse est ipsum redire ad punctum l: ipsumq: apogium aequantis a quo discesserat. Tunc etiam centrum epicycli m: consimiliter sui circuli eccentrici in quo defertur sextam partem duos signa percurrentes: peruenit ad perigium aequantis punctu scilicet f: e: regione apogij aequantis l: constitutu. Confecitq: tum medietatem sui circuli eccentrici ex una parte: sicut centrum deferentis medietatem illius parui circuli descripsit ex parte altera atq: opposita. Deinceps centrum deferentis eccentrici d: emouetur atq: discedit continuo motu a centro aequantis b: per duo signa que sextante faciunt: vsq: ad punctum contactus exortuum scilicet g: in quo linea recta a g h: a centro terre vsq: ad eccentrici quinimum & signiferi ambitum porrecta: contingit paruum circulum versus partem orientalem. Et simul centrum epicycli ab f: perigio aequantis per duo signa dimouetur ad partem occiduam vsq: in punctum n: in ambitu circuli eccentrici signatum. qui terminat lineam g b n: a puncto contactus g per centrum aequantis b vsq: ad eccentrici circumferentiam protractam. Vbi iterum fit ipsum centrum epicycli: centro terre quantum potest proximum. Apogium vero eccentrici deferentis e: interea motum per arcum l: h: tunc est in extremitate linea contactus ad parui circuli latus orientale: vt puta in puncto h: & quantum potest ex parte orientis: tunc idem apogium est ab apogio aequantis in puncto l: in dimobiliter constituto semotum. quoniam versus eam partem non potest ab eo magis discedere. Demu a puncto contactus exortui g: centrum deferentis emotum: & per quatuor signa circumferentiae parui circuli (que trientem faciunt) versus summam partem delatum: ad supremum eius punctum completa circulatione deniq: peruenit. Tunc etiam centrum epicycli mercurij: recurso quatuor signorum sui eccentrici arcu n: l: ad punctum apogij aequantis l: (vnde suum inchoauerat motum) iterum perducitur. Tunc itidem apogium deferentis e: a puncto h: in l: apogio aequantis per arcum eccentrici l: continuo motu regreditur: in quo primu cōsiderat. Lsq: tunc illorum trium centri deferentis in parvo circulo centri epicycli in circulo eccentrici & apogij deferentis inter duas lineas contactus: absolutus perfectusq: motus. eaēq: deinde serie quae descripta est: continuatur. Mercurialis epicycli centrum/ tametsi deferentes circuli eccentrici apogij eiusq: oppositi puncta/ bis absoluat: solum tamen interim semel in summo sui deferentis fastigio comperiri.

Cum mercurialis epicycli centrum / mundi centro fuerit q: proximum: neq: in opposito deferentis apogij puncto/ neq: in linea per mundi centrum ducta circulum paruum contingente/ consistere.

Tantum semel in anno/ deferentis centrum cum aequantis centro: vnum idemq: esse, alioqui semper a mundi centro q: aequantis centrum/ distans esse.

Quo mercurialis epicycli centrum/ summo aequantis fastigio vicinus: eo concitatus. & quo eius opposito: eo segnus moueri.

Quis epicycli centrum tantum semel in anno a mundi centro absistat

239

240

241

242

244

245

246

247

*On circulus aequans
et eccentricus
vnis circulus sint.*

*On centrum epicycli.
Remar ad oppo.
dugis aequantis*

*Centrum epicycli
terre denuo
reddetur ex
proximum*

L
centum: bis tamē fieri
semel in apogij oppo
Mercurialis epicycli centro ext
cum nunc inter epicycli centru
u ad terminum & a termino
in alterā modo consimili. A
centro vbius alibi cōstituto:
at deferētis perigij
apogij deferētis nota/certos
alium aequantis culmine fas
ibus imum deferentis faslig
& motus apogij/ summum
locum apogij deferentis: mo
nam absida/ apogijq: nota
re recurrere. imam vero co
mercurialis epicycli cen
remotissimo & dum remoti
propinquissimus est/ in pun
cum epicycli mercurij/ ne
qua formam potius exprim
mercurij & solis motu
sequentes argumentorum
anotata: epicycli centro i
lidente/ contingunt.
Qua minuta proportionalia
anno minuantur. in saturno
non continuo in imum/ sed
minuti minuta: & a medi
in imum fastigium. in mer
mediocrem a mundi centro
mediocris remotionis punc
hant punctum: a quo ru
ugeant. ideo minuta prop
marte & venere/ duplicitate
dicuntur.
Ex supradictis manifesta euadunt
centrum epicycli mercurij annue bi
deponit eccentrici/ scilicet apogij
cum eff. siquidem bis quotannis mou
etdem punctum a quo motum in
apogio sui eccentrici deferentis. qu
ensis e configuratur apogio aequatis
quo motus tempore/ apogij defer
entis parum a centro epicycli/ & in diu
nndo/ quando centrum epicycli
quatuor lignis dicitur ab apogio aequa

remotissimum: bis tamē fieri quoad potest proximum/ & nihilominus
tantum semel in apogij opposito esse...

148 Mercurialis epicycli centro extra fastigia constituto: perigij deferentis no
tam nunc inter epicycli centrum & aequantis perigium volui ac reuol
ui ad terminum & a termino linea contactus exortiui & nunc partem
in alterā modo consimili. Aequantis enim apogium/ semper epicycli
centro vbius alibi cōstituto: centri epicycli & summi fastigij deferentis
fit mediū. at deferentis perigij: cētri epicycli et eūquātis perigij mediū.

149 Vt apogij deferentis nota/ certos vtring̃ custodit limites/ ultra quos ab eō
tūlissimo aequantis culmine fastigioq̃ discedere nunq̃ valet: ita suis limi
tibus īum deferentis fastigium ab īmī aequantis fastigij discessu arce
ri. & motus apogij/ summiq̃ fastigij arcum: maiorem esse.

150 Motum apogij deferentis: motu notae oppositae velociorem esse. & sum
mam absida/ apogijq̃ notam: ab occiduo limite ad orientalem velo
cius recurrere. īam vero contra/ ab orientali ad occiduum: velocius.

151 Q̃q̃ mercurialis epicycli centrum/ in deferentis puncto a mundi centro
remotissimo & dum remotissimus est/ esse contingit: nunq̃ tamen dum
propinquissimus est/ in puncto propinquissimo esse.

152 Centrum epicycli mercurij/ non circunferentiam deferentis circularem: sed
qua formam potius exprimat oualem/describere.

153 Medius mercurij & solis motus: semper vñus & idem sunt.

154 Aequationes argumentorum mercurij/ in numerorum supputationib⁹
annotatae: epicycli centro ī mediocri a centro mundi remotione con
sistente/ contingunt.

155 Quia minuta proportionalia ī luna: a summi fastigij nota ad īum cō
tinuo minuuntur. ī saturno/ ioue/ marte/ & venere/ a summo fastigio
non continuo ī īum/ sed ī medianam longitudinem remotiora īmini
nuuntur minuta: & a media longitudine pari modo minuta propiora
ī īum fastigium, ī mercurio vero: remotiora a summo fastigio ī
mediocrem a mundi centro contrahuntur remotionem. & propiora a
mediocris remotionis puncto iterum ad maximæ accessionis contra
hantur punctum: a quo rursus ad absidis īum punctum aliquantū
augescunt. ideo minuta proportionalia ī luna/ simpliciter: ī saturno/
marte & venere/ duplicitate: ī mercurio vero/ tripliciter sese habere
dicuntur.

143 Ex supradictis manifesta euadunt: quę deinde sequuntur. Et primum quidem/q̃ quis
centrum epicycli mercurij annue bis absoluat suo decursu duos orbes deferentes pūcta
fastigiorum eccentri/ scilicet apogij & perigij eius oppositi: vt ex numero 13+ iam plaz
num est. siquidem bis quotānis mouetur id centrum per totum eorum orbium circuitū:
in idem punctum a quo motum incepit. solum tamen semel ī toto eo motu: reperitur
in apogio sui eccentri deferentis. quando scilicet completa circulatione apogium def
erentis ē/ coniūgitur apogio eūquātis l: & centro epicycli ibidem collocato. Toto enim te
liquo motu tempore/ apogij deferentis duabus illis lineis contactus inclusum: est se
144 paratum a centro epicycli/ & in diuersam semper partem q̃ centrum dimouetur. ¶ Se
cundo/ q̃ quando centrum epicycli mercurij est centro mundi proximum: vtpora cum
quatuer lignis distat ab apogio aequantis (exempli gratia: quando collocatur in puncto

*Ubi hunc est Epicyclij
sit mundo vicinius.*



Astro.

Theo.

m/circumferentiae sui eccentrici) tunc neq; est in periglio eccentrici deferentis/neq; in linea re-
sta per mundi centrū ducta et circulum patuum contingente. Primū pater quoniā cum
centrū epicycli est in punto m: centrum deferentis est in pūcto contactus occidui i/ &
apogium deferentis est in punto k/ex supradictis. quare perigium deferentis est punctū
o illi e directo oppositum: in quo planū est tunc centrum epicycli non consistere. Secū-
dū pater quia linea per mūdi centrū ducta & parū circulū contingēs/ est linea h g a p: in
cuius neutra extremitate aut h aut p/tūc cōsistit centrū epicycli. Neq; etiā in pūcto f lineq;
b a f trāseuntis per centrū terræ/tūc est centrū epicycli: nā distat ab illo per duo integra
signa. Et eodē penitus modo deducēda est ratio: quādo centrū epicycli ex altera parte &
in pūcto n cōstituit centrū mundi maxime vicinū. Tertio/ q solūmodo semel in anno
centrū deferentis d est vnū & idē cū centrū aequātis b: qn scilicet ipsum est i ima parte parui
circuli & in loco pūcti b. Nēpe in oīi alio circumferentiis parui circuli loco: centrū deferen-
tis est distantius a centro mundi a q centrū aequātis. cum totius circumferentiae parui cir-
culi nullus punctus sit propinquior centro mundi: q punctus b. Quarto/ q quanto ce-
ntrū epicycli mercurij fuerit apogio aequātis l propinquius: itā velocius mouetur. &
quo fuerit vicinus periglio aequātis f: eo signis defertur. Et ratio in promptu est. quo-
niā iuxta apogium aequātis /equales anguli ex linearū contingentium intersectione
in centro mundi prouenientes: complectuntur maiores arcus eccentrici / propter longio-
res lineas a centro terræ illuc porrectas. Iuxta perigium autem aequātis/arcus minores
